

## COMMON PREFACE

VERE dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: per Christum Dominum nostrum. Per quem majestatem tuam laudant Angeli, odorant Dominationes, tremunt Potestates. Cæli, cælorumque Virtutes ac beata Seraphim socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti jubeas, deprecamur, supplicii confessione dicentes:

*Psalm 118: 4-5*

TU mandásti mandáta tua custódiri nimis: útinam dirigántur viæ meæ, ad custodiéndas justificatiónes tuas. (T.P. Allelúia.)

TUA, Dómine, sacraménta quæ súmpsimus, fámulos tu, os in te sperántes custódiant: et contra omnes advérsos tueántur incúrsus. Per Dóminum nostrum.

It is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times and in all places give thanks to Thee, holy Lord, Father almighty, eternal God, through Christ our Lord: through Whom Angels praise Thy Majesty, Dominations worship, Powers stand in awe: the Heavens and the hosts of heaven with blessed Seraphim unite, exult, and celebrate; and we entreat that Thou wouldst bid our voices also to be heard with theirs, singing with lowly praise:

## COMMUNION

Thou hast commanded Thy commandments to be kept most diligently: O that my ways may be directed to keep Thy justifications. (P.T. Alleluia.)

## POSTCOMMUNION

May Thy sacraments, Lord, which we have received, preserve Thy servants who hope in Thee; and defend them from all assaults of the enemy. Through our Lord.

## VOTIVE MASS FOR PILGRIMS AND TRAVELLERS

*Psalm 25:11,12,1*

REDIME me, Dómine, et miserere mei: pes enim meus stetit in via recta: in ecclésiis benedicam Dóminum. (T.P. Allelúia, allelúia.) Ps. Júdica me, Dómine, quóniam ego in innocéntia mea ingressus sum: et in Dómino sperans, non infirmábor. Glória Patri.

ADÉSTO, Dómine, supplicatióibus nostris; et viam famulórum tuórum in salútis tuæ prosperitaté dispóne; ut inter omnes via et vita hujus varietátes, tuo semper protegántur auxílio. Per Dóminum.

*Genesis 28.10-12,13-15,18,20-22*

In diébus illis: Egréssus Jacob de Bersabée, pergébat Haran. Cumque venisset ad quemdam locum, et vellet in eo requiescere post solis occúbitum, tulit de lapídis qui jacébant, et supponens cápiti suo, dormivit in eódem loco. Viditque in somnis Dóminum dicéntem sibi: Ego sum Dóminus Deus Abraham patris tui, et Deus Isaac: terram, in qua dormis, tibi dabo et sémini tuo. Éritque semen tuum quasi pulvis terræ: dilatáberis ad Occidéntem, et Oriéntem, et Septentríonem, et Meridiem: et benedicéntur in te, et in sémine tuo cuncta tribus terræ. Et ero custos tuus quocúmque perréxeris, et redúcam te in terram hanc; nec dimittam nisi complévero univérsa quæ dixi. Surgens ergo Jacob mane, tulit lápidem, quem supposúerat cápiti suo, et eréxit in titulum: fundens óleum désuper. Vovit étiam votum, dicens: Si fúerit Deus mecum, et custodierit me in

## INTROIT

Redeem me, O Lord, and have pity on me; my foot stands on level ground; in the assemblies I will bless the Lord. (P.T. Allelúia, allelúia.) Ps. Do me justice, O Lord! for I have walked in integrity, and in the Lord I trust without wavering. Glory be to the Father.

## COLLECT

Hear, O Lord, our humble prayers, and set Thy servants in the path of Thy salvation; that amid all the changes and chances of this life, they may ever be sheltered by Thy help. Through our Lord.

## EPISTLE

In those days: Jacob, being departed from Bersabee, went on to Haran. And when he was come to a certain place, and would rest in it after sunset, he took of the stones that lay there, and putting under his head, slept in the same place. And he saw in his sleep the Lord, saying to him: I am the Lord God of Abraham thy father, and the God of Isaac; the land whereon thou sleepest, to thee will I give it, and to thy seed. And thy seed shall be as the dust of the earth: thou shalt spread abroad to the west, and to the east, and to the north, and to the south: and in thee and thy seed all the tribes of the earth shall be blessed. And I will be thy keeper whithersoever thou goest, and will bring thee back into this land: neither will I leave thee, till I shall have accomplished all that I have said. And Jacob, arising in the morning, took the stone which he had laid under his head, and set it up for a title, pouring oil upon the top of it. And he vowed a vow,

via per quam ego Ambulo, et dederit mihi panem ad vescendum, et vestimentum ad induendum, reversusque fuero prospere ad domum patris mei: erit mihi Dominus in Deum, et lapis iste, quem erexi in titulum, vocabitur domus Dei: cunctorumque, quae dederis mihi, decimas offeram tibi.

*Outside Paschaltide:*

*Psalm 22. 4*

SI ambulem in medio umbra: mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es, Domine. V. Virga tua, et baculus tuus, ipsa me consolata sunt.

*Outside Septuagesima and Lent:*

*Psalm 118. 133*

ALLELUIA, alleluia. V. Gressus meos dirige secundum eloquium tuum: ut non dominetur mei omnis iniustitia. Alleluia.

*After Septuagesima the Alleluia and the V. Gressus meos are omitted and the following is said:*

*Psalm 90. 11-13*

ANGELIS suis Deus mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis. V. In minibus portabunt te, ne umquam offendas ad lapidem pedem tuum. V. Super aspidem et basiliscum ambulabis, et conculcabis leonem et draconem.

*During Eastertide the Gradual is omitted and the following Alleluia is said:*

*Psalm 118. 133; 121. 1*

ALLELUIA, alleluia. V. Gressus meos dirige secundum eloquium tuum: ut non dominetur mei omnis iniustitia. Alleluia. Laetatus sum in his, quae dicta sunt mihi: In domum Domini ibimus. Alleluia

saying: If God shall be with me, and shall keep me in the way by which I walk, and shall give me bread to eat and raiment to put on; and I return prosperously to my father's house: the Lord shall be my God: and this stone, which I have set up for a title, shall be called the house of God; and of all things that Thou shalt give me, I will offer tithes to Thee.

GRADUAL

If I should walk in the midst of the shadow of death, I will fear no evils: for Thou art with me, O Lord. Thy rod and Thy staff: they have comforted me.

ALLELUIA

Alleluia, alleluia. V. Direct my steps according to Thy word: and let no iniquity have dominion over me. Alleluia.

TRACT

God hath given His angels charge over thee: to keep thee in all thy ways. V. In their hands they shall bear thee up: lest thou dash thy foot against a stone. V. Thou shalt walk upon the asp and the basilisk: and thou shalt trample under foot the lion and the dragon.

PASCHAL ALLELUIA

Alleluia, alleluia. V. Direct my steps according to Thy word: and let no iniquity have dominion over me. Alleluia. I rejoiced at the things that were said to me: We shall go into the house of the Lord. Alleluia.

*Matthew 10. 7-14*

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Euntes, praedicatē, dicentes: Quia appropinquavit regnum caelorum. Infirmos curate, mortuos suscitāte, leprosos mundate, daemones ejicite: gratis accepistis, gratis date. Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris: non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam: dignus enim est operarius cibo suo. In quacumque autem civitatem, aut castellum intraveritis, interrogate quis in ea dignus sit: et ibi manete donec exeatis. Intrantes autem in domum, salutate eam, dicentes: Pax huic domui. Et si quidem fuerit domus illa digna, veniet pax vestra super eam: si autem non fuerit digna, pax vestra revertetur ad vos. Et quicumque non receperit vos, neque audierit sermones vestros: exeuntes foras de domo, vel civitate, excutite pulverem de pedibus vestris.

*Psalm 16.5,6-7*

PERFICE gressus meos in semitis tuis, ut non moveantur vestigia mea: inclina aurem tuam mihi, et exaudi verba mea: mirifica misericordias tuas, qui salvos facis sperantes in te, Domine. (T.P. Alleluia.)

PROPTIARE, Domine, supplicationibus nostris: et has oblationes, quas tibi offerimus pro famulis tuis, benignus assume: ut viam illorum et praecedente gratia tua dirigas, et subsequente comitari digneris; ut de actu atque incolumitate eorum, secundum misericordiam tuam praesidia gaudeamus. Per Dominum nostrum.

GOSPEL

At that time, Jesus said to His disciples: Go and preach, saying: 'The kingdom of heaven is at hand.' Heal the sick, raise the dead, cleanse the lepers, cast out devils: freely have you received, freely give. Do not possess gold, nor silver, nor money in your purses: nor scrip for your journey, nor two coats nor shoes, nor a staff; for the workman is worthy of his meat. And into whatsoever city or town you shall enter, inquire who in it is worthy, and there abide, till you go thence. And when you come into the house, salute it, saying: 'Peace be to this house.' And if that house be worthy, your peace shall come upon it; but if it be not worthy, your peace shall return to you. And whosoever shall not receive you, nor hear your words: going forth out of that house or city, shake off the dust from your feet.

OFFERTORY

Perfect Thou my goings in Thy paths, that my footsteps be not moved: incline Thy ear unto me, and hear my words: show forth Thy wonderful mercies, Thou who savest them that trust in Thee, O Lord. (P.T. Alleluia.)

SECRET

Be appeased, O Lord, by our humble prayers and in Thy bounty receive these offerings, which we make to Thee on behalf of Thy servants; send Thy grace before them to guide their steps, and sending it with them, be pleased to accompany them on their way; that by the protection of Thy mercy, we may rejoice both in their progress and in their safety. Through our Lord.